

GERARDI LOPPERSII
FRISII CATHOLICI
ANTAGONISTAE

MI MI
SENTENTIAE ILL. AC REV.

CARD. BARONII
IN SACRO CONSISTORIO
DICTAE PROPUGNATIO,
ADVERSUS IOANNEM MARSILIVM
NEAPOLITANVM.



ROMAE, Ex Officina Lepidi Facij. M. D. C. VII.

SVPERIORVM CONCESSIONE

2
QVONIAM disputationem Marsilij aduersus Illustris-
simi Cardinalis Baronij sententiam refellentes, in co-
plures partes & membra secare eam necesse habuimus :
ne sit, quod vel Lector desiderare, vel Marsilius ipse de fide
nostra conqueri possit, tamquam vim verbis eius, siue mu-
tilando, seu interfecando attulerimus : integrum ipsius
VOTVM, quod appellat, αὐτολιθέει, & totidem verbis
calci propugnationis nostræ, graue scilicet & cum primis
ilustre Marsilianæ insipientiæ exemplar & specimen, at-
texendum curauimus.

IN SACRO CONSISTORIO

DICTAE PROPUGNATIO

ADVERSVS TOINEM MARSELLIVM

HEPOTITANVM.



Imprimatur si placet R. P. Magistro Sac. Palatij Apostolici,
B. Episcopus Arim. Vicesg.

Imprimatur, Fr. Paulus de Francis Magister, & Socius R. P. Magistri Sac.
Pal. Apostolici.

GERARDI LOPPERSII
FRISII CATHOLICI
ANTAGONISTAE

MI MI
SENTENTIAE ILL. AC REV.

CARDINALIS BARONII
IN SACRO CONSISTORIO
DICTAE PROPUGNATIO,

*Aduersus Ioannem Marsilium
Neapolitanum.*



LLATVS est his ferme diebus Romam libellus tamquam portentum, hac inscriptione notatus: *Duo Vota, hoc est ex animo Voto prolata sententia, Vnum Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Casaris Bavonij Sorani S.R.E. Cardinalis Bibliothecarij contra Serenissimam Rempublicam Venetam: Alterum excellentissimi Domini Ioannis Marsilij Neapolitani Theologi pro eadem Serenissima Republica.*

] Cuius aspectu obstupuerunt, qui viderunt, tantam homini inesse cum temeritate dicacitatem, vt dictam in supremo orbis terrarum Senatu, sacroq. ipso Consistorio, laudatam, & cunctorum plausu acceptam sententiam, ausus sit pro animi libidine carpere, idemque ipse, qui plurimorum auctorum orthodoxorum magni nominis scriptis non solum schismaticus, sed & haereticus est conuictus, assertus, & comprobatus; quorum causa & meruit infelix excommunicatione ab Apostolica sancta Sede percelli. Riserunt vero, cum, quod terribile visu videri poterat apparuisse monstrum: compertus sit idem mus esse ridiculus, cui festiue omnes illuderent, exercentes primum de titulo recitato ludibrium; & ita dicentes: *Quidnam istud? Duo Vota, hoc est ex animo Voto prolata sententia*] in te, illud Iob dictum in

Tob 38.

Eliu mox intorquerent : Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperiis] qui se non Latinum, sed Barbarum primis verbis ostendit, Vota nominans, quæ dici solent in Senatu sententiæ, & Votum (sic lepide ludens) pro vacuo ponens ?

Aug. con-
f. lib. 1. c.
8.

Quid ais Marfili ? Tu ne ipse, qui Venetijs diceris docere Donatum, adeo te malum Grammaticum probas, vt sine his auspicijs barbarismis ne inscriptionem quidem libelli tui, hoc est titulum ipsum concipere potueris ? Quamobrem reuocaberis inuitus, velis, nolis, ad Orbiliij Beneuentani scuticam, ad risum omnium spectantium κατωμάδιος suspensus ad verbera, pro huiuscemodi barbarismis & solœcismis, quibus scetet oratio ista tua. Et quidem iure : nam quantumlibet seuerissimus, rogatus mitior redditus, forte penitus istiusmodi dimississet errata, si tu licet male, non tamen mala scripsisses, similis illis, de quibus S. Augustinus b ait in Confessionibus ; quod aliqua facta sua non mala, cum barbarismo tamen & solœcismo enuntiarent. Sed cum tu mala locutione facta adhuc mala, pessimaq. reddideris : duplo verberandus expositus, ex scutica miser ad flagella traheris.

Idē ibid.
19.

Prou.
6.

Ferulis namque (idem Augustinus c ait) maiora supplicia succedunt,] irroganda tibi ob calumnias sparsas in ipsum, cui tu noxa teneris astrictus, Baronium S. R. E. Presbyterum Cardinalem. Qui tamen admonitus sacro illo Salomonis prouerbio : d Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis,] prudens se ab istiusmodi nomine suo indigna questione de te exercenda subduxit. Cum ego quod sequitur ab eodem Parœmiaste mox dictum arripens, videlicet : Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur,] hanc suscepi respondendi prouinciam, securus omnino, quod si forte non tibi de te ipso sublimia somnianti, alijs tamen te ostendam prorsus insipientem.

Sequar tua vestigia, qui primum tuæ ipsius scriptionis exordio insanientis hominis haud leuia signa dedisti, dum ex abrupto sic incipiens orationem : Quod ad me misisti Votum, antea legeram] quem alloquaris, non dicis, quis ad te miserit, taces : Et cum constet, a Baroni, contra quem stylum conuertis, ad te non missam suam in Consistorio dictam sententiam : tu (dicam pace tua) more phrenetici loqui conuinceris, miscereq. verba cum laruis. sed & quod sequitur, certum te redditum, dictam sententiam illam in Consistorio esse Baronij, id affirmante ipso Baronio : euidentiori plane stultitiæ signo desipere nosceris. Certus quippe reddi minime potuisti ; nisi ex testificatione ipsius, id sua subscriptione presentis, vel alio modo

modo testantis. Sed cum neutrum prorsus fecerit: vel te mentitum dicent omnes, vel excusando saltem, inconsiderate locutum. At tamen Baronius, etsi quam dixit in Consistorio ex tempore, non præmeditatus, multo minus ex scripto sententiã recitauit, quod ad singula verba pertinet, haud facile asserere poterit, hæc illam esse: bona fide rem agens, recognouit sua sensa in hac abs te cusa, ita tamen ut explicata totidem iisdemq. verbis non ita fateri debeat. Perdifficile namque est, ubi non erant notarij exceptores, ex memoria reddere singula, quæ in ea dicta sunt verba. In quam tu dicturus sententiam, prudenter egisses, si litteris istud ipsum ab eo sciscitatus esses, eamne ille pro sua & germana haberi pateretur, quam tu impugnare paratus esses; atque etiam, num aliqua ex parte læsa esset a librarijs describentibus, vel alijs infenso animo deprauantibus: cum præsertim nullus esse apud te noscatur diuinæ Scripturæ vsus atque sagax ingenium ad cognoscenda, si quæ in eam illapsa fortasse essent errata; neque ad eadem emendanda facultas. Sit in exemplum quæ ibi legitur lectio deprauata, his verbis posita ad finem ipsius: *Truina hæc in manu tua, dicam cum Isaiã.*] Cum vero eiusmodi sententia nusquam apud Isaiã sit reperire: cur tu, tamquam si Isaiã esset, lectionem admittis, ac vteris, & sic transilis oscitanter? Nega apud Isaiã quid huiusmodi reperiri, vel sapientius corrige, reddeq. germanum textum eiusdem illic citati Isaiæ *dicentis: Ruina hæc sub manu tua.*] Sunt & alia quæ irreperunt menda, abs te homine crassæ Mineræ nec cognita, quæ inferius ubi cadetur ipsa, corrigentur; pbsita in margine sincera dictæ sententiæ lectione.

Quod autem ipso primo ingressu laboras, ut ostendas, locum illum Actorum *b*, ubi dictum est a Domino per visum Apostolo Petro: *Occide & manduca*] intelligendum esse de Baptismo, non autem de excommunicatione, & ad hoc probandum sanctorum Patrum sententias coaceruas: plane inani labore consumeris, sic currens quasi in incertum; sic pugnans, quasi æterem verberans: cum omnes id certo sciant, nec sit vel vnus, qui inficias ire possit. sed quid? Num quæ secundum litteram, ipsam nempe historiam dictæ esse constat de Baptismate Gentium: secundum allegoricam allusionem ad excommunicationem transferri non possunt, dum & ipsa excommunicatione vera ad hoc occidat, ut saluet? Quis neget ista primum Domini nostri eodem modo loquentis exemplo licere, dum in re tanta, tantiq. momenti non nisi per allusionem, & generationis sa-

Isa. 3.

Act. 10.

noto H 2
2) sig
noto. 17. 3

noto H 2
2) sig
noto. 17. 3

cramentum, occisionem appellat? quod & simul sanctorum omnium Scriptorum ecclesiasticorum liquet exemplo concessum. De quo si eam quæras, quam decet, ad allusionem, similitudinem: sic habeto: Ab ipsa sancta Ecclesia; tum per Baptismum, tum per censuras certum est aditum patefieri ad salutem; nempe quod agitur per Baptismum; ut per quamdam spirituales occisionem vitam quis consequatur æternam; per excommunicationem id ipsum præstari. Iuxta quam allusionem sic pariter locutus inuenitur

^a Jer. 12. ^b Ose. 6. ^c Matth. 21. ^d Aug. de Fid. & oper. c. 2. ^e Hieron. epist. 53. & Psal. 100.

Jeremias, cum ait: Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.] & Oseas: Dolavi in Prophetis; occidi eos in verbis oris mei:] ita nimirum (quod ad allusionem pertinet) occide, præcidens eos ab Ecclesiæ corpore, in qua dum publice peccato culpa mortali pereunt impœnitentes, desperata salus eorum est: cum vero præcisi eiciuntur, sic confusi quarant Ecclesiam pœnitentes, ut assequantur per pœnitentiam vitam æternam. Secundum quod S. Augustinus interpretatur, dicens: Occide in eis errorem, & suscita fidem.] Vis adhuc, ut & in hac allusione proprietatem ostendam cum veritate; nimirum excommunicatione vere esse occisionem? In promptu est Evangelium, Domini id exemplo demonstrans, quo maledicente ficulneæ, ipsa continuo est arefacta. Quod quidem typum gerere excommunicationis, communis est absque controuersia & recepta Patrum sententia. En quam patens in excommunicatione occisio, & oculis intuentibus manifesta.

Sed & quod hæc occisio spirituali gladio fiat: testem & assertorẽ habeo itidẽ ipsum S. Augustinum, qui eamdẽ excoicationẽ gladiũ appellat, quo, ut olim Phinees transfodit adulteros, ita publice peccatores excoimunicando occidat Episcopus. Vides quos testes habeam eius assertionis, quæ stulte admodũ abs te, ista nesciente, corripitur? Vis & adhuc adhiberi Hieronymũ? Lege ipsum in epistola ad Riparium contra Vigilantium, ubi occisionem nominat excommunicationem, Danidicum illud vsurpans: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.] Secundum igitur hanc satis proprie deducam allusionem Baronium esse locutum, non autem interpretatum historicam veritatẽ, ex ijs, quæ subiiciuntur, recte colligere potuisti; ut nihil sit, quod in eum conuertere valeas spicula Concilij Tridẽrini. Quod in primis factitatum post Dñm a sanctis Apostolis & Evangelistis, pluribus exẽplis ostendit idẽ S. Hieronymus in epistola ad

Panimachium de optimo genere interpretandi. Post hos vero, omnes sanctos Patres, tam Orientales, quã Occidentales, qui ab exordio nascentis Ecclesię in hunc diẽ claruerunt, adduci æque possunt in testimoniu: adeo vt hoc iam negare, sit impiũ. Lege tu inter Græcos (si sapias) Gregorium Nazianzenum, si vel periodum vnã absoluat, qua non ex diuina Scriptura, vel etiã ex scriptoribus Ethnicis deducat allusionem. Lege inter Latinos S. Bernardũ, quib suis scriptis semper diuinę Scripturę verba non interpretando, sed alludendo, tanquam in stamine aurea fila contexit. Hoc tu reprehendes? Non quidem, vel si maxime velis, resistentibus & aduersantibus tibi omnibus.

Dum autem totus es in recitandis sanctorum Patrum sententijs: mutans sancti Augustini verba, plane reddidisti ipsum tuo barbarismo similem tibi ridiculum, ponens vocem, linteum, in genere masculino, quod neutrum esse constat: addis enim ex ipso: *Quis Domino luctamur, manducat Ecclesia, cuius personam gerebat Petrus, quando in celo submissus est linteus.* cum tamẽ ipse Augustinus recte in genere neutro linteum Latine posuerit. Erras autem grauius, dum rursus studio insano contendis, omnino Baronium locum illum esse male interpretatum. At hæc tu frustra; nam non interpretans, sed alludens tantummodo, id quod modo demonstrauimus, ipse locum attingit.

Redarguis paulõ post etiam, quod Baronius aduersarios insequentes Ecclesiam leones nuncupauerit, quorum (vt vis) sint omnia laude dignissima ob insignem generositatem, qua præ ceteris animantibus eos natura donauit. Quæ plane tu stertendo locutus esse videris, nesciens quid diceres, dum te diuinę Scripturę ignarum penitus ostendis, cuius plurima loca pateant, quibus leo diabolus, leo tyrannus, & quilibet potens fortitudinis hostis Ecclesię leo sæpe dictus inueniatur: licet ob diuersas causas etiã in bonam partem leonis nomen acceptum, facile sit inueniri, sed in his adeo patentibus non immorandum. Inferius vero quem citat Baronius Nicolaum Papam Primum: tu ipse nescio quo ductus sensu, & qua auctoritate persuasus, eum dem nominas Nicolaum Quintum, sed nec citatum ab eo oportane locum percipiens, hebes ingenio ista subijcis: *Excommunicatio, inquit, Baronijs, est occisio: quia Nicolaus Quintus dicit, excommunicationem non esse ad occidendum, venenum: non percipio illationem, nisi fallor contrarium inferat. Nicolaus dicit, excommunicationem non esse ad occidendum, venenum. ergo excommunicatio non est occisio. Quod se res est, quomodo*

ni. 9. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

quid d. 1.

7. 10. 2. 3.

do dictum est Petro: occide, & manduca, id est excommunicationem inflige?] ista tu, qui sensus soliditate confundens, multipliciter erroris argueris. Primo quidem, dum quasi recitans verba Baronij, dicitum ab ipso velis: *excommunicatio est occisio.*] At nequaquam ista inuenire poteris esse scripta in recitata abs te superius eius in Consistorio dicta sententia, sed illud: *Non est occisio ista crudelitas; sed pietas, atque sincera charitas: cum sic occidendo saluet; quod eo modo viuere sinendo perierat.*] Ad quod corroborandum citata sunt Nicolai Papæ verba, dicentis: quod excoicatio non est ad occidendum venenum, sed ad sanandum apfissimum medicamentum.] Quæ cum suo candore fluant, suaq. concinnitate cõcordent, tu peruertis tua impèritia, cõfundis obtusitate ingenij, dum facillima non percipiēs, sed oratione perplexa inuoluēs, reddis obscurā. Sed vt capias vel inuitus, præter illa quæ dicta sunt superius, accipe adhuc exemplum ab Augustino, qui agens de eo, quod pertinet ad Baptismū, de quo dicta sunt illa, *Occide & manduca:*] Dissuasisti, inquit, Pagano sacrilegia: occidisti, quod erat. Dato Sacramēto Christi, incorporasti Ecclesiæ: māducasti.] hæc Augustinus. Cuius exēplo Baronius, postquam egregia allusione ad excommunicationem eadem verba conuertit; *Occide, & manduca,*] ista mox addidit: *Sed quod huiusmodi occisio non esse debeat nisi ex summa charitate: quod occiditur, præcipitur manducare; nempe per Christianam charitatem in sua viscera recondere, & in se ipsum cõnire, vt sint vnū & idē in Christo, quod dicebat Apostolus: Cupio vos in visceribus IESV Christi.*] ad quæ corroboranda, ea citatur opportune dicta sententiā Nicolai. Ita tu me cogis, in Lectoris fastidium ista repetere, & in re clarissima laborare, si quo modo cõassitudinem tui ingenij exacuere possim, vt adeo perspicua ista percipiat.

Inferius vero illa Baronij carpis, quibus ait: *Exulto spiritu (dicam cum Apostolo) superabundo gaudio, videns in hac mea senectute in Sede Petri, alterum sedere Gregorium VII. &c.*] carpis inquam; dum inconsulte, admodum subijcis ista: *Non videas, cur tibi sit propterea exultandum, cum sit potius deplorandum ipsam tam diu vixisse, et ei in mentem venerit, tempora illorum Pontificum plane miserabilem, & calamitosissimam exoptare.*] Hæc tu, passus mentis ventiginem, neque diuinæ Scripturæ sententiarum, neque exemplorum es memor, quibus ostenditur, lætandum esse magnopere ortu iustorum & optimorum promotione Pontificum, quorum anniuersariam diem magna læticia cõsueuerit sancta Ecclesia solemniter celebrare.

a Aug. in
Psal. 103.

b Philip.
1.

c 1. Cor. 7.

lebrare. Vis præterea ex testificatione diuinæ Scripturæ id addiscere, vere esse gaudendum in promotione iustorū? accipe in primis, quod Dñs dixit per Isaiam: ^a Vos autē sacerdotes Dei vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis.] & de eisdē inferius: Oēs qui viderint eos cognoscēt illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dñs.] propterea quantum ipsi lætandum, sic pergit: Gaudens gaudebo in Dño, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me,] & quæ sequuntur de sancta Ecclesia germinante ex propagatione facta iustorum. Et quod ad hoc, de quo agitur, speciatim spectat, esse gaudendum, cum spes concipitur de vendicanda Ecclesia in pristinam libertatem, eundem audi Isaiã ista dicentem: Omnis terra gauisa est; abietes quoque lætati sunt super te, & cedri Libani.] quibus collætantibus istud quod subditur, ad canendū tunc præscriptū est carmen: Quomodo cessauit exactor, quicuit tributum: contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium?] & quæ sequuntur. Accipe adhuc & illud Ioelis: ^b Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem iustitiæ, &c.] An non gaudendum, cum etiam, si ista non adessent, sed sperarentur tantum? cum ^d Apostolus admoneat suos vt sint spe gaudentes: satis ad gaudium esse aliquam de bono venturo concipere spem, ostendens.

Quod autem de his agens, nimiam celeritatem Pontificis in excommunicatione infligenda redarguis: rationem accipe ab ijs, quæ idem Baronius differuit in Parenesi. Sed quod subijcis plane risu dignum, dum inuertēs citatam a Baronio Pauli ^e sententiam, qua dicitur: In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam,] ita subuertis: *Quid est in promptu habere, nisi potestatem habere?*] sed cur non citas, quæ sanctorum Patrum habes auctorem, ista ita interpretantem? Nos hæctenus nõ inuenimus, qui dixerit ista. Sed quod ibidē calumnieris, & inuidiam parias summo Pontifici, quod tributa illi diuinitus potestate non ad ædificationem vtatur, sed ad destructionem adhibeat: ita plane sentiunt, qui non sapiunt. Pro Repub. namque ipsa, non cõtra Republicam; ad salutem ipsius, & non interitum omnia ista tractata quis dubitet, nisi qui in delicto gaudeat iacere prostratus; doleat vero & conqueratur, si resurgere iõibus compellatur? Pro te, non contra te dixi, respõdit S. Ambrosius Theodosio expostulanti, quod ipsū in ecclesia inuestiua oratione proscidisset. Quo audito, acquiescens ipsi vera dicenti pius Imperator pœnitens, eidem sacerdoti obtēperauit, qui ita factus fuerat illi per excomunicationē causa salutis

^a I/a. 6 r.

^b I/a. 14

^c Ioc/a.

^d Rom. 14

^e 2. Cor.

10.

Tu vero contra, crudelissimum Reipublicæ inimicum te exhibes & perduellem, non corrigēdo, sed adulando, atque defendendo peccata; inq. illorū te pseudoprophetarū numerū sponte conijcis, quos sic lūgēns commemorat Ieremias: ^a Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec apte riebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.] nam adhuc miscens litam melle adulationē, ad necē acouito præparatā, audiri ipso turpissimā istam addis: *At quodnam est peccatum eorum* (Venerorum videlicet) *in quorum occisionem; id est excommunicationem Cardinalis Pontificem exacuit? omnino nullum.*] O mendacium portentosum; hic primo omnium legū seueritate plectēdum, & post mortem gehennalibus ignibus perpetuo puniendum, quod commercio satanæ prægnans, sordida illa tui domina male peperit adulatio. vt iure conuertantur in te infelicissimum quæcumque sunt pseudoprophetis diuinitus prænuntiata supplicia, itrogata in alios sæpe flagella, atque coaceruata in vnum. omnia furore Dñi immissa in malos malorū genera. Vide, caue, attēde miserrime. Excitabitur nāque cōtra te ultionis Dominus, ^b qui iā arcum suum tetendit, & parauit illū, & in eo parauit vasa mortis;] citius quam putas, traheris inuitus ad terrificum tribunal illud Angelis reuerēdum. Tunc nullum esse peccatum dicis, nolle Dei loco sedenti obtemperare Pontifici? cum Spiritu Dei afflatus dixerit magnus Samūel: Quasi peccatum ariolandi est repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere? Pondera sed statera veridica sanctuarij culpam, vel saltem ex eo, quod cum quantumlibet leue quoduis peccatum coniunctione contemptus crescat in immensum: nemo profus poterit mente complecti grauitatem, & enormitatem tantæ inobedienciæ, quam sane grauissimā fecit iteratus sæpissime sūma obstinatione contemptus. Sed & quanta ex infelici isto palmite plantato alta radice sint oborta spineta densissima, ferarum omnium bestiarum secura mansio: iam innumera demonstrant exempla, non solum omni lacrymarum fonte lugenda, sed etiā sanguinis imbre purganda. quæ omnia in caput tuum conuertentur, qui adhuc eadem summā reprehensione digna commendas.

Post hæc autem, tu perditissime, eadem tua, qua cœpisti, adulatione sic pergis de Venetis dicere: *Libertatem, qua hæctenus vsa sunt in suo dominio, ecclesiastici Concilij Tridentini monitis parentes, tamquam protectores custodiunt &c.*] Proh scelus! tantane impudentia rem agis? Hanc custodiuntur leges sacrosancti Concilij Tridentini, cum adeo procaçiter peccatur in Romanum Pontificem,

^a Thren.
^{2.}

^b Esal. 7.

^c 1. Reg.
25.

10

infanitur in Romanam Ecclesiam, proculcantur eius iura, infringuntur mandata, pessumdantur quoque in eodem Concilio sanciti Canones, tradita disciplina, atque quod vltimum grauissimumq. est malorum omnium, Concilij illius auctoritate asserta & comprobata Catholica Fides etiam in discrimen adducta patitur suæ integritatis haud leue dispendium: id quod tam plene complures iam grauissimi Scriptores demonstrarunt, vt opus non sit modo ista repetere, atque in his diutius immorari. Adeo vt eidem quæ tu comēdas, conueniat propheticum illud summæ infelicitatis elogium: ^a Si laueris te nitro, ^a *Ier. 2.* & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua. corā me, dicit Dominus Deus, quomodo dicis: Non sū polluta?] Itaque tu afferis noui generis Theologus, quæ ad oppugnandā Romanā Ecclesiam, ad suffodiendū, & conuellendū radicibus Concilium Tridentinum alit ipsa Respublica stipendio suo; ita, inquam, tu vt nouus Balaam ^b a Rege Balac, conductus ad maledicendum Ecclesiæ capiti, ipsi Romano Pontifici, cum te ille prudentior atque cunctantior, non aliud se quam quod Deus sibi locutus esset, ^c implere velle, sit sæpius cōtestatus: tu contra Dei voluntatem, atque præcepta legis præceps, superbe nimis & impie maledicis Romano Pontifici.

Addis enim in eum blasphemiam verbis his abs te iactatam: *Certe ex ore alicuius Spiritus procellarum,*] ipsum nempe Pontificem Paulum infligentem in Venetos excommunicationem, afflatum spiritu nequam, mali dæmonis ore effatum esse. Hic tuorum sensus verborum, cum ais, cum ex ore alicuius spiritus procellarum esse locutum. Sed quasi miraculo factum, vt nolens, ac nesciens tu itidem in hoc Balaam munus expleres, qui vocatus ad maledicendum, benedixerit tamen, Deo iubente, populo ipsius. Laudas enim ipse, dum vituperas; & maxime benedicis, cum maledicis, vt mihi sit tecum dicendum, eo spiritu, vel eius spiritus ore, quod tu dicis, te vera locutum esse Pontificē, ex aliquo ipsorum nimirum (quod præcedit in Psalmō) ^c qui nouerint laudare Deum, & (quod sequitur) qui faciunt verbum eius] per quos non nisi sanctos Angeles, ipsos spiritus procellarum esse intelligendos, omnes intelligant. Sic & Paulus scribens ad Hebræos, ^d per procellas, Angelorum ministerium intellexit, cum loquitur de procella facta in Sina, quando Moyse Deus legem tribuit obseruandam. in quam quoque sententiam sanctus Iob ^e de Domino dixit: Viā procellis sonantibus posuit,] cum videlicet (vt S. Gregorius interpretans ait) prædicatoribus suis ad corda hominum terrore venturi iudicij perculsa aditum facit,] non nisi ipso præueniente, atque vr-

^a *Ier. 2.*^b *Num. 22. 23.*^c *Pf. 148.*^d *Hebr. 12.*^e *Iob 26.*

gēte Spiritu sãcto. Per cuius ministros, hos scilicet spiritus procellarũ qui faciunt verbũ eius, explosũ fulmẽ esse excõmunicationis in Venetos (vt se habet veritas) assentimur: te vero dicimus illorũ esse consortẽ, qui errore Balaam mercede effusi sũt, & in cõtradictione Core perierunt: quibus (vt Iudas in sua Canonica ait) alia procella, tenebrarũ dicta, seruata est in æternum.

Post hæc autem maiori furoris impetu conuertis spicula in Baronium, eo quod nouo Pontifici Paulo suos gentiles proposuerit Pontifices imitãdos, Gregoriũ VII. atque Tertiũ Alexandrũ. At quid sanctius, iure dixerim, quidve facere potuit opportunius, quam in tanto naufragio ecclesiasticæ libertatis illos proponere imitãdos Põtifices, qui præcipui sunt cogniti vindices eiusdem ipsius ecclesiasticæ libertatis? Et tu audes hæc his addere: *Eorum Pontificum exempla imitanda scilicet proponenda, quorum fuerat in tractandis negotijs summa dexteritas, qui pacifice & feliciter Christianam Rempubliam tãquam Christi Vicarij gubernarunt.*] quasi ij, quos imitandos proposuit, infirmi fuerint in hac parte. Quibus cum nec illa defuerint; abundauerunt tamen ista præ ceteris, vt in tuendis iam labefactatis Ecclesiæ iuribus steterint aduersus Principes persecutores infirmi, inuictique, victores vero ipsi præstantes extiterint.

Addis vero post hæc mox ista contra Baronium sic tu perstans in sententia contra sententiam: *Quis, inquit, credas? Gregorij, & Alexandri cupit (Baronius scilicet) renouari calamitates, vulnera refricari. Quid ni? Vtinam illa ipsa tempora innouarentur, quibus licet cũ labore, illati sunt tamẽ in Romanã Ecclesiã de hostibus superatis, Ecclesiæ iuribus vindicatis, libertate exule postliminio reuocata, innumeri victoriæ tituli gloriosi. Exoptãda sũt nãque sacerdotibus magis istiusmodi bella, quæ ipse Christus indixit, cũ ita dixit: Non veni mittere pacẽ, sed gladiũ.*] Respõdeat ergo intrepide Baronius interpellatus abs te, vel per te ab alio tãquã Achabo Elias alter: *Nõ ego, sed tu conturbas Israel, qui dereliquisti mãdata Dñi, secutus Baalim.*]

Post hæc autem pudenda quidem audacia iustificans cõparatione Henrici Tertij, & Friderici Aenobarbi Rempubliam Venetã, eiusq. caput oleo adulationis impinguãs, hæc ais de ipsa: *Quasi vniquam Catholica fuit, vt re vera semper fuit a suo exortu: nũc precipue est religiosa ac pia.*] Tu ne ista? Dicam libere, sicut & vere. Tam alta impietatis voragine absorptã, merfamq. video Rempub. ipsam Venetã, vt (sicut queritur Deus de præuaricatrice Hierusalẽ per Ezechielem: Viuo ego dicit Dominus Deus, quiã non fecit Sodoma soror tua, ipsa & filiz

34

eius, sicut tu, & filix tuæ: Et Samaria dimidiū peccatorū tuorum non peccauit; sed vicisti eas sceleribus tuis, & c.) vt, in quā, hac saltē ex parte cōparatione Reipub. Venetæ Henricus ac Fridericus iustificati recedant, habiti laude digni, vt pote licet immanissime delinquentes, non tamen (sicut de Reipub. Veneta factum apparet) ita aperuerit super eos puteus os suum, vt non viderint malum suum; cum illi sæpe sapius de profundis aquarum clamantes per Legatos, & litteras, petierint absolui ab Ecclesiæ Romanæ Pontificibus, a quibus fuerant excommunicatione damnati: contra vero maneat, & perseueret ista in sua obstinatione durissima, addens præuaticationes deteriores in dies, resilientq. a poenitentia, spernat, & contemnat matrem suam S. R. E. Patremq. suum Romanum Pontificem odio acerbissimo persequatur, insectetur contumelijs, in eumq. per suos pseudoprophetas, siue scriptis, siue ex ambonē in ecclesijs pro concione declamet, aliaq. his similia, quæ ab hæreticis tantūmodo perpetrantur, absque verecundia, fronte perfricta etubescere nesciens, in dies magis accumulēt. Itane ergo tua sententia est, quod ais: *Nunc præcipue & religiosa & pia?* Vtinam non mendacissimus inuenireris! Sed gratias Deo, a qui reliquit sibi semen, & seruauit septem b millia virorū, qui nō curauerūt genua ante Baal, absconsi in c pharetra sua, futuri aliquādo sagittæ in manu potētis acutæ, pietate insignes, laude dignissimi ipsi Veneti, quos nobilitat sacer ille character, de quo apud Ezechielem: d Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius.]

a Isa. 1.
b 3. Reg. 49.
c Isa. 19.
d Ezech. 9.

Sed adhuc parum tibi visum, viuentem Romanum Pontificem acerbioribus perstringere inuestiuis: bellum conuertis in mortuos, sed in celo viuentes sanctos, immo sanctissimos, in ipsum Gregorium Septimum primo, inde in Tertium Alexandrum. Gregorium namque his verbis insectaris: *Tantum quero, quid consecutus est Gregorius post tot tumultus, qui eius in Henricum anathemate excitati sunt?*] Respōdeo verbis Apostoli: e Multum per omnē modum profuit Catholicæ Ecclesiæ. Sed antequam istud edisseram: primo loco illud necessario insinuandum: non animi sui libidine Gregorium aduersus Henricum Imp. (vt videris asserere) conflasse bellum, sed restitisse inuadenti Romanam Ecclesiam. Cum enim omnium consensu, atque adeo ipsius etiam Imperatoris, in Apostolica Sede Gregorius ipse Pontifex creatus sederet; ille postea intrusit in eam pseudopontificem, quem & defendit vsque dū vixit. Ista namque præcessit omnium barbararum causa, qua iustiore nemo

e Rom. 3.

vel fingere possit, cum necessitate eidem resistere compulsus fuerit ipse Gregorius. Qui in propugnando inuasa atque peruasa S. R. E. iura, primo lucratus hoc est, vt frerit sacrilegi Principis audacissimam temeritatem, compellens eum veniam humillimo obsequio deprecari: lucratus insuper, quod inuestituras ecclesiarum tum per ipsum, tum per alios Principes male ablatas, diutius possessas ab eisdem, tamquam de manu Herculis clauam, auctoritate Apostolica agens potētissime abstulerit, & reuocauerit sanctam Ecclesiam in pristinam libertatem, quo nihil utilius, præstantius nihil & gloriosius esse potuit: lucratus adhuc, quod ex eo cœperint Principes metuere, & maiori colere obseruantia Romanos Pontifices, quos hætenus male habuissent, atque penitus contempsissent. Si tibi pauca ista videntur, qui non nisi ex temporali lucro, mercatoris instar, utilitatem Ecclesiæ æstimasse videris: te rogo, inspice, quam tunc per ipsum a Mathilde accepit S. R. Ecclesia donationē amplissimā: quod cum præstitcris, plane fiet, vt eiusdem Gregorij ministerium pro Ecclesia non adeo contemnens inutile dixeris. Sed quod abs te despici videtur eiusmodi consideratio de ijs, quæ per eum est lucrata S. Ecclesia: ad mala, quæ pertulit, non laudans, sed exprobrans, conuertis orationem, ista mox addens:

Ipse tandem (Gregorius scilicet) cum Guiscardo Calabria Duce, quem amicū habuit ac protectorem, qui nihilo erat melior quam Henricus, immo fortasse peior: ab Vrbe Roma, quam Guiscardi milites populati fuerant, cuius templa profanauerant, Salernum concessit, vbi exul ac profugus, macie, ac dolore confectus, tandem interijt.] Ista tu in miserum insultans, sed primum iniuste contra omnium piorum illorum temporum Scriptorum sententiam in Robertum Guiscardum tot mala cōgeris. Qui ex eo in primis maxime commendatur, quod sua relinquens sub belli alea constituta, ad liberandum ipsum Gregorium Pontificem, qui Romæ tenebatur obsessus, tradendus a Romanis Henrico Imperatori, cum exercitu in Urbem se contulit; cum & coactus, ad reuocandos Romanos a Pontificis obsidione, ignem iniecit in ipsorum domos, non in ecclesias, quas coluit, non autem, vt in simulas, profanauit. Consule de his vetera monumenta Scriptorum, qui eodem scripsere tempore, & disces quæ nescire profus argueris.

Sed longe grauiori indigent inspectione, atque correctione, quæ abs te subiiciuntur cū despectu & improprio de his, quæ pro Christi Ecclesia idem Gregorius est gloriose perpeffus. Siccine apud te vilescunt coronæ Martyrum, & Confessorum? Siccine sordent pal-

mix vincencium sanctorum Pontificum, cuius triumphos loco duxeris
 pompæ funeralis, vel comitatus infelicium damnatorum? Ut autem
 e tanto lethargò, quo miser confopitus loco mortui deplorandus sis,
 expergiscaris; fulmineus explodendus tonitrus ille Dauidicus est: *Filij*
hominu vsque quo diligitis iniquitatem, & queritis mendacium?
 SCITOTE QVONIAM MIRIFICAVIT DOMINVS SANGTVM SVVM:] Vis scire quantum mirificauit? quam
 sublimem talia patientem diuina extulerit Sapia? & accipe, quæ
 dicta de alio, huic de quo agitur Gregorio æque conueniunt: *Hæc*
profugum iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum
Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum: honestauit illum in laboribus,
& compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit
illi. Custodiuit illum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum, &
certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret; quoniam omnium
potentior est sapientia.] En quomodo mirificauit Dominus Sanctum
suum; quem tu miser contemnis, & despicias. Sed nondum finis,
adhuc remanent dicenda maiora, nimirum; quod & miraculis mi-
rificauit Dominus Sanctum suum; quæ per præcipuos dignitate,
probitate, & doctrina eiusdem temporis Scriptores voluit Deus po-
steris commendari, nempe per Leonem Episcopum Ostiensem, & S-
Anselmum Episcopum Lucensem. Mirificauit adhuc, dum bene
explorata atque probata eius egregia sanctitate inter Sanctos me-
ruit annumerari, ac religioso cultu Sanctorum ab Ecclesia frequen-
tari. Scito, igitur, scito (iterum dico) quia mirificauit Dominus
Sanctum suum, quem tu ignominiose adeo sepelisti, aggere super-
ingesto despeçus & contumeliæ. Sed expectanda ea tibi, quæ talia
faciètibz a diuina Scriptura est pronuntjata vindicta, quæ dicitur:
Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.] quanto verò
fragore, confectione quanta, Dominum audi dicentem: Super
quem ceciderit lapis, conteret eum.] Cum tu miser hæc dicturus
sis in inferno: Ecce, quem habui in derisum & similitudinem impro-
perij, quomodo computatus est inter filios Dei, & inter Sanctos fors
illius est? Sed qui ita detrahendo sanctissimum Gregorium de-
pressisti; tu ipse mendax in statera, in sublime autem Henricum in-
pium extulisti, sic pergens:

a Psal. 4-

b Sap. 10-

c Eccles.

27-

d Matth.

21-

e Sap. 5-

At Henricus filius cum Paschali Secundo in gratiã rediens, non solum
ab anathemate se absolui non est passus: sed omnia, quæ Imperator fecerat,
ratã habuit: tandem Eplen didissimò coronatur.] I hæc quidem, vt in te
omnes repteborum numeri expleantur. Sicut enim de pijs, iustisq.

1 Ps. 14. illud diuinum prædicat oraculum: *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat:*] ita e contrario peculiare est reproborum, probos nihil facere, atque contemnere; improbos vero laudare, & exaltare. Quibus tu concors, post conculcatum pedibus, quem Deus extulit super sidera, Gregorium Papam Septimum, Imperatorem Henricum sacrilegum præ ceteris ita commendas. Nonne hic ille nequissimus Imperator Henricus, qui, vt absolutionem a Paschali Pontifice extorqueret, & Imperij coronam arriperet: in loco sacro, in gremio ipso Vaticanæ basilicæ iniecit in Pontificem ipsum vincula: sicq. eundem vinculum catenis secum ignominiose abducens, non dimisit, donec ab eo, quæ voluit, violentè est consecutus, immo furatus absolutionem, ac simul Imperium? Quod impium facinus abs te adeo prædicatur, cum ais, eundem Henricum a Paschali splendidissime coronatum. Mitto cetera, quæ vitiosa in his dicendis effutis oratione, & quæ peccas in historię veritatem: leuissima enim visa sunt hæc comparatione sacrilegæ laudationis: eoq. magis, quod post hæc ita Baronium ipse compellans, istiusmodi vrges interrogatione, infano prorsus homine digna:

Dicat quæso Cardinalis, quis vicit? Gregorius, an Henricus?] Ego dicam, qui tibi respondendi semel munus suscepi: sed responsurus te antea percontabor. In huiuscemodi exantlatis certaminibus Christianorum, vtros tū dicis vicisse; Neronem, an Petrum? Clementem, an Traianum? Decium, vel Fabianum? Diocletianum, an Caium? Si perstiteris in sententia, opus est respōdeas, victum Petrum a Nerone, Clementem superatum a Traiano, sicq. de ceteris, si nolis redargui leuitatis. At quanto ista cum scandalo, audi tu illud te redarguentem, Dauidicum: *Si dicebam, narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.*] Reprobasti plane, Hægiomache, ipsam Gregorium, & Sanctos omnes tu ista professus, dans priores Henrico, Gregorio autem posteriores. Cuius rei gratia non solum ab Ecclesia exulare cogaris, quæ colit Martyres vti victores, prosequiturq. laudibus, festiq. diebus eorum palmas, atque triumphos: sed a quacumque Christianitate fieri extorris necesse habeas: cum etiam hæretici non negent fuisse victores Martyres, qui, ne Christum negarent, fidem, quam colebant, vitæ præsentis dispendio conseruarunt. At fortasse dixeris: Non pro fide Gregorius Papa, sed pro libertate pugnavit Ecclesiæ. At hos etiam vti victores pari corona a Christo donatos esse martyrij, & inter

alios S. Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, vniuersa Ecclesia Catholica anniuersario eius diei cultu testatur.

Perstans tu vero in eadem ista tua omnium sententia damnata stultitia, hæc insuper addis: *Siccine vindicatur libertas ecclesiastica? Si hoc est vincere, quid erit perdere? Si immunitas sic restituitur, quomodo labefactur?* Ita quidem libertas ecclesiastica vindicatur, cum uti Gregorius, summa constantia steterint Romani Pontifices aduersus persecutores Principes inconcussi, eligentes magis cum Gregorio exulare, atque exules mori, & potius quam turpiter prostituere ipsam ecclesiasticam libertatem, vitam ipsam profundere, consummando martyrium. Quod plane est vincere, ducereque triumphum: perdere vero; si cum dispendio ecclesiasticæ libertatis pax omni bello funestior acceptetur. Hæc adeo vera sunt atque recepta, ut aduersus huiusmodi non sit lex.

Post hæc vero, quasi expugnato Gregorio, magno fastu in Alexandrum Tertium Papam maiori arrogantiâ conuertis orationem. sed ipso ingressu, ignarus historiarum, naufragus periclitans, in mendaciorum Syrtis illapsus. Quod senties, ubi legeris Annalium Romanum Duodecimum iam cultum, proxime edendum, cum scilicet Index ipsius fuerit absolutus. Tunc plane senties, quâ mendaciter asseris, nihil per Alexandrum fuisse de libertate ecclesiastica vindicatum.

Hic vero finem imponens scripto tuo (quod *Votum* tuum voce barbara nuncupatum cupis) sic peroras: *Hoc est meum Votum: ut ab ipso Cardinali admoneretur, ut illorum Pontificum exemplis ab incepto se remoneat; & quod ipsius hortatu nimia festinatione commisit, quam citissime detestetur, corrigat, & emendet. Hoc si fecerit, non dubium est, quin ei daturus sit Deus faciem duriorẽ faciebuz, & frontem duriorẽ frontibus, Infidelium nimirum: quia erit murus æneus, & columnina ferrea fundata, &c. Frustra laboras infelix, stulticonaris, tum miser efficere, quod nec omnes illecebræ Principum blandientiæ, neque tormenta sauciæ tyrannorum efficere possent. Stabit, cum omnium collegarum, tum ipsius Cardinalis Baronij illa in sacro Consistorio dicta sententia, manebitque perpetuo, tabulæ tamquam æneis exarata; consecrata vero æternitati, ipsa die magni iudicij perspicua. cunctis apparebit radiata fulgoribus veritatis.*

At quis non rideat istam tuam adeo suilem, inanem, ac in omnibus stultam de muro æneo, & de ferrea columna promissionem, si per inconstantiam resiliat Baronius a proposito firmitate, recedat

L. Math. 4.

o. Apoc. 3.

a bene stabilito, inspirato diuinitus instituto, remittat probe tenso
 neruos vigoris sacerdotalis? Ista sane suadere te: docuit tuus colle-
 ga diabolus, ex more casum consulens, & in casu ruinam. Nam sicut
 tu modo Baronij, ita ille olim Christum appetijt verbis istis: « Si cadēs
 adoraueris me:] vel illis his similibus: Mitte te deorsum.] Dū igitur
 promittis muri ænei firmitatem in ruina, & stabilimentum columnæ
 in casu ipso: non per te Christus, sed plane diabolus conuincitur esse
 locutus. Iam tenemus nos securi ipsius Domini nostri de his per
 Angelum suum pronuntiatum oraculum, tuo plane contrarium, quo vere
 docemur, quomodo possimus effici in templo columna: est enim huiusmodi: ^b Tene quod habes, nemo accipiat coronam
 tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen
 Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem.] Non igitur
 corruenti (vt tu suades) sed stanti; non deficienti, sed permanenti;
 victi, non cedenti istiusmodi locupletiores a Deo per Angelum
 promissiones sunt factæ, & pariter adimpletæ. Tu magis, perditissime,
 qui Stesichori instar penitus cæcus redditus es, & ductor cæcorum,
 cum pulchritudinem veritatis scriptis aduersarijs prodidisti, vt tandem
 videas, sicut ille, recanta palinodiam: alioquin omnes vos simul
 corruentes excipiet alta illa inferni fouea, e qua nulli datur ad
 supera reuocari.

F I N I S.

I N E I V S D E M A P P E N D I C E M,
*qua falso ex Annalibus eiusdem Card. Baronij
 Ducem Venetiarum excusat atque defendit.*



VI autem tuam absoluisti inuestiuam orationem
 aduersus Baronij sententiam, dictam in Consistorio: conuertis rudem tuum, obiectumq. rubigine
 stylum ad excusandum Venetiarum Ducem, tumpto argumento ex eiusdem Baronij Tomo Anna-
 lium Decimo, anno Redemptoris 878. sic ludendo exordiens:
*Tandem, vt hoc meum Votum non meo, sed ipsiusmet Cardinalis Baronij
 sieno committam, quo maior illi ab omnibus adhibeatur fides: velim me-*

moris repetas, quæ Tomo Decimo Annalium &c.] Sed melius tuo signo muniatur oratio tua, quo te loquendo barbarum, dicendo mendacem, differendo falsarium repræsentet, indita imagine monstri alicuius ex commistione trium diuersarum bestiarum horribilis, nempe Chimæræ, quæ cum sit capra vilissima, leonis capite pollens ignes euomat, & cauda draconis venena conferuct, hieroglyphicum symbolum personæ isti tuæ digne conueniens. Sed quod adhuc Baronij signum (vt iactas) inconstulter nimis usurpas: erit tibi signum istud in malum, & poenitebit te saltem in fine, vbi ex eo impostor, mendax, atque falsarius conuictus inuenietis. Præstabat te, cū eadē ex Annalibus sumpta in Illustrissimum Card. S. R. Ecclesiæ Bellarminum, præstantissimum Ecclesiæ Catholicæ propugnatorem obieceris: ipsum ista omnia tua egregie dissoluentem audire; vel eius plene confutare responsionem. Sed cum neutrum feceris: stulte in Baronium eadem tela conuertis, qui vt sagittas infantium, illa contemnit.

Attamen quia semel hanc tua scripta confutandi suscepimus provinciam: in arenam descendo haud inuitus, ne si taceam, cedere tibi videar. Percipiat autem Lector, antequam mutuo certantibus iudex assistat, totius controuersie argumentum huiusmodi: Ioannes Papa Octauus ob occupata iura Ecclesiæ Romanæ in provincia Bulgaria Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum tertio cōmpositum litteris peremptorijs, suspensus tamen hac conditione, nisi pareat iussis, excommunicatione condemnat. Quid factū fuerit per Legatos, ibi non legitur; asseritur tamen Ignatius, non desistisse a suorum iurium defensione vsque ad obitum, qui eodem anno contigit. Marsilius ad iustificandam causam Ducis Venetiarum, a Paulo Papa V. excommunicati, quasi rem egerit laude dignam, exemplo S. Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani ita inducit argumentum. Excommunicatus a Ioanne Papa Ignatius Patriarcha eidem non obediuit, sed iura tueri sua ad obitum vsque perseuerauit. Licite ergo resiliit eius exemplo Dux Venetiarum, dum excommunicatus non patuit iubenti Pontifici, sed perstitit tueri iura Reip. prout tenetur iuramento ea defendere. Hæc est illatio ab Ignatio ad Ducem facta, & deducta argumentatio ex historia dicto anno, eodem Tomo Annalium recitata. Procederet fortasse inductio ista feliciter, & segura, si absque obice falsitatis affirmari posset, Ignatium re vera excommunicatum a Ioanne fuisse; hoc est, literas excommunicationis peremptorias illas, suum effectum nactas esse, & executioni

mandatas. Quod si euidentissime ostendatur contrarium, nempe Ignatium nullo modo excommunicatum fuisse, euanescat necesse est tota ista tua facta illatio: cum longe inter se discrepantia existant exempla, ut nihil sit, quod ex altero in alterum possit inferri, nempe a non excommunicato ad excommunicatum facta deductio.

Caput igitur totius controuersiæ est, Vtrum litteræ Pontificiis peremptoriæ, quibus excommunicationis terror Ignatio denuntiatus fuit, reuera executioni demandatæ fuerint, ut propterea Ignatius excommunicatus fuisse credi debeat. Ait Marsilius: Negat omnino Baronius. Vtrius verior sit causa, iam Lector cognoscat. Audiatq. in primis, quæ per Marsilium adducuntur, dum affirmat Ignatium fuisse re ipsa sententia excommunicationis affectum. ait sic ipse: *Hadrianus Pontifex & Ioannes Ignatium, quod temerario calcæneo suam iurisdictionem occupasset, atque adeo surripuisset, momentis & censuris feriunt.* At ista penitus falsa sunt, & a veritate procul abhorrent. Nam quod in primis ad Hadrianum pertinet, extant ipsius litteræ ad Ignatium, recitatæ superius in Annalibus, anno Christi 868. quibus eidem omne studium aduersus Photium pollicetur: rursum aliæ anno 871. datæ ad Basilium Imp. de ipso Ignatio, quibus queritur de inuasa ab ipso diocesi Bulgaria, & hæc tantum ei comminatur: Nec ipse canonicam effugiet ultionem.] præter hæc verba, nulla prorsus alia ab eodem legitur inflicta censura. Vnde, tu Marsili, prorsus falsarius esse conuinceris, qui affirmas, Ignatium ab Hadriano perstrictum esse censuris, cum nec in illis, nec in postremis Hadriani ad Ignatium litteris querelarum plenis aliquid huiusmodi scriptum reperiatur. Hæc de Hadriani litteris falso abs te inductis.

Quod autem ad Ioannis Papæ litteras peremptorias spectat, ita quidem per eas Pontifex excommunicationem denuntiat, ut tamen eam conditione suspendat, nisi scilicet paruere Pontificiis iussis. Quamobrem dici non potest, re vera excommunicatum fuisse Ignatium a Ioanne, nisi iam constiterit, per Legatos litteras illas comminatorias fuisse executioni mandatas. Siquidem quamplurima intercedere potuerunt, ut id minime factum fuerit, neque fieri valuerit. Quid enim, si, antequam Legati ipsi peruenerint Constantinopolim, defunctum fuisse Ignatium probari possit? Quod cum aperitissime inferius demonstrauerimus factum fuisse: in ærebit præ angustia vox faucibus tuis, animo concides, viribus corporis destitutus. sed de hoc postea, interea proposita prosequatur.

Cum igitur nihil sit non modo firmi, sed neque probabilis, ex quo affirmari possit, Ignatium a Ioanne Papa fuisse excommunicatione punitum: quid mox idem ipse subiiciat, audi Lector: *Cardinalis Baronius in censuras eum non incurrisse asserit, quod non aliena retineret, sed sua ex prædecessorum possessione possideret. An non hæc est causa Serenissimi Principis Venetiarum, immo multo iustior? &c.* At vbinam, mendacissime, inuenisti hæc, quæ tu sic recitas a Baronio esse dicta? nempe eo quod Ignatius non aliena retineret, sed sua, in censuras non incurrisse? sed cum nihil prorsus huiusmodi ab eo scriptis proditum inueniri possit: manifestæ fraudis & falsitatis te reum peragam. Textus verborum eiusdem Baronij in promptu est; cuiuscumque legere volenti patet. Reddenda sunt hic igitur singula, verba Baronij, si quid huiusmodi ab eo dictum appareat. Dum igitur negat Ignatium a Ioanne Papa fuisse excommunicatum, sic sententiam suam probat: Quamuis autem ista ab Ignatio implera minime inueniantur; constat tamen eundem semper vsque ad obitum, & post obitum in Catholica Romanæ Ecclesiæ communionem fuisse retentum, quod eiusmodi Pontificis Ioannis plures epistolæ ad diuersos datæ post eiusdem Ignatij obitum docent, ut iam de his nulla penitus dubitatio oriri possit.] Hæc Baronius, negans penitus, Ignatium fuisse Ioannis Papæ sententia excommunicatione damnatum, nullam causam asserens, cur, ut non incurrerit, factum sit. Complures namque causas intercedere potuisse, est superius demonstratum.

His asseritis, Baronius præagens, cum de Sancto sit sermo, quem coleret Oriens, atque Occidens; in excusationem ipsius, quod momenti Hadriano, atque post eum Ioanni non acquieuerit; ista mox subiicit: Neque est, quod quis ob litem hanc Ignatium animo fuisse in Apostolicam Sedem in senso existintet, vel ingrato: cum quæ iuris essent suæ ecclesiæ, defendere teneretur iuramento obstrictus etiam æternæ vitæ dispendio. Non enim aliena retinere, sed sua possidere ex possessione prædecessorum ipse iustum putauit: cui haud dubium sponte cessisset, si id facere sibi licuisset, credidisset.] Ista Baronius de Ignatio, postquam nulla excommunicatione ipsum fuisse affectum probauit, in eius excusationem attulit, prout multi Pontifices suis litteris Apostolicis fecisse noscuntur, cum in aliquem latari sententiam, laudant primum eius in tuendis ecclesiæ suæ iuribus studium. At quomodo tu inferis, eandem tandem esse causam Ignatij, & Ducis Venetiarum, cum illum constet omnino excommunicatione liberum, iura defendisse ecclesiæ suæ; Ducem vero ex-

communicatione damnatum, obedire penitus recusasse? Equidem ante condemnationem cuilibet licere iura sua tueri absque scrupulo contumaciæ, certum est: vbi vero est sententia condemnatus, iubenti parere, seq. ei subijcere necesse habet.

Ex his ergo, & cum his pariter tu ipse redarguas, quæ abs te aliæ falsæ inferuntur illationes. In quibus & adhuc maiorem corrigere falsitatem, abs te verbis istis assertam: *Ioannes etiam Nonus Pontifex ait, Ignatium ab Ioanne Octavo propter hanc causam anathemate fuisse percussum, ut testatur idem Baronius anno 880. n. 11. & 12. hæc tu, in quâ, mendacissime. Vbi habeat ista Baronius, cum adeo exacte locum signas, perspicile est inuenire. Reddenda sunt igitur hic singula a Baronio verba posita, ut Lectôr. apertam falsitatem inspiciens, in te, ut falsarium, iure declamet. Sunt hæc verba Baronij: Legitur ibidem Ioannis Papæ Noni epistola ad Stylianum, qua proficitur, eadem sentire se, & eodem loco habere Photium, & omnes Patriarchas Constantinopolis ab Ignatio usque ad Antonium, quos habuerunt omnes sui prædecessores Romani Pontifices, inter quos numerat Ioannem his verbis: Volumus igitur, ut etiam nunc, secundum eandem regulam decreta sanctissimorum Pontificum prædecessorum nostrorum inconcussa maneat. Quapropter & Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, sit ut sanctissimus Papa Nicolaus, Hadrianus, & Ioannes, & Sextus Stephanus, & vniuersa Romanorum Ecclesia hucusque tenuit, etiam nos eodem ordine recipimus & tenemus, &c.] Atque hæc sunt, quæ ex litteris Ioannis Noni recitat Baronius: quibus quid in re tam perspicua addendum sit, non equidem video.*

Quomodo ergo tu dicere ausus es, testari Baronium ex Ioanne Nono, Ignatium a Ioanne Octavo ob hanc causam anathemate fuisse percussum? Cum præsertim ex redditis his Ioannis Noni verbis contrarium demonstratur, Ignatium videlicet ab omni excommunicatione liberum, ac testificatione Romanorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ communicatorem perseuerasse: id plane testantibus, quos citat, Nicolao Papa, Hadriano, atque Ioanne, ut ex eorumdem litteris Baronius demonstrauit: quæ omnes eodem Decimo Tomo habentur inclusa, in quibus omnibus reperitur aduersarius Ignatij Photius esse damnatus; quorum sententiæ Ioannes se in hære proficitur. Fecellit te, quod putasti, audito illic nominato Photio, omnes reliquos, perinde ut Photium, sententia eorumdem Pontificum condemnatos fuisse. Sed longe diuersa a tua opinione fuit Ioannis Noni

sententiã, dum singulos nominat Romanos Pontifices, quos sicut aduersus Photium liquet inuenos fuisse, ita erga S. Ignatium constat extitisse propensiores. Ex quo tu etiam colligere poteras, nequaquam omnes nominatos ibi Patriarchas Constantinopolitanos censeris damnatos. Nam (vt omitamus de Ignatio dicere) reliquos postremo loco nominatos, Stephanum, qui pulso Photio fuit auctoritate Papæ Stephani Sexti subrogatus, & Antonium, qui Stephano successit, fuisse Catholica communione Romanæ Ecclesiæ coniunctos, & sanctitate claros, manifeste apparet ex ijs, quæ suis locis de iisdem, eodem Tomo ab eodem Cardinali Baronio enarrantur.

Sed adhuc his maiorem audiat falsitatem Lector ex ijs, quæ iactas in Baronium verbis istis: *Postremo, Cardinalis ipse fatetur, a Ioanne fuisse Ignatium a Catholica communione segregatum.* At quomodo tu mendax audacissime & audax mendacissime dicere potuisti, ista asserta a Baronio, qui in recitata superius pro Ignatio scripta a se defensione, adeo firmiter asseuerat, numquam ad obitum vsque, neque post obitum communicationem Ignatij eum sancta Ecclesia Romana interceptam aut diremptam fuisse? Tu autem hobetioris ingenij, & tibi ipsi te ipsum fallenti nimium credens, vana ista, ac penitus falsa scriptis mandasti, non attendens verba Baronij, quæ sic se habent, dum de litteris comminatorijs & peremptorijs Ioannis Papæ ad Ignatium verba facit: Quia epistola nimis perstringit ipsum, & a communione Catholica segregat, nisi intra triginta dierum spacium reuocet ab eo ordinatos Episcopos Bulgariæ. Quid colligere ex his potes, nisi ex scriptis a Ioanne litteris, sic excommunicationis sententiam esse prolatam, vt tamen eadem fuerit ea conditione suspensa? Quomodo ergo tu asseris profiteri Baronium simpliciter, excommunicatum Ignatium a Ioanne? At non dedit stupor iste tuus & ingenij crassitudo hæc tam clara te posse perspicere, quæ verò his deteriora coniungas, Lector audiat:

Tam vero sic possunt quæ Cardinalis dicit, quamuis pugnantia videantur, apte congruere, eum a communione Catholica fuisse a Pontifice segregatum, & tamen in communione Romana Ecclesiæ post obitum, eum miraculis claruit, a Pontifice fuisse reuentum. Quibus dupliciter & grauius erras, dum quod nemo vniquam dixit, tu inuentus es qui affirmares, sententiam in Ignatium a Ioanne Papa conditione suspensam, fuisse executioni mandatam; sicq; defunctum Ignatium ab executione communicationis Catholica, receptum vero post mortem in com-

munitionem ab Apostolica Sede ob miracula ab eo edita. At non ita Ioannes literis suis, quibus nullo tempore, neque ad horam, interceptam fuisse communionem Ignatij cum Apostolica Sede significat. Sed quam falsa sit diuinitio ista tua, euidenter nunc ostendam. Cum iam illa de Ignatio satis superque uideri possent a Baronio ex literis citatis Ioannis Pontificis reddita esse perspicua, de continuata semper cum Ecclesia Romana communiōe: non curauit ipse Baronius omnia, quæ huc spectarent (dicenda quippe suis locis inferius) hic in unum congerere; cum oporteret Lectorem tamquam in itinere constitutum eadem sibi obuiantia suo loco perlegere. Quæ cum tu oscitanter præterieris, hic modo opportune sunt manifestanda, ne posthæc de his uel mutire præsumas.

Prohibetur igitur te, atque tecum vna Lectorem; etiam quem tu uelis, & in primis illum ipsum, quem his tuis falsitatibus traduxisse atque decepsisse inuentus es; Ducem Venetiarum; prouoco inquam ad epistolam Styliani, magni nominis uiri, religiosissimi Archiepiscopi Neocesariensis, qui eodem tunc vixit tempore cum Ignatio, datam ad Stephanum Papam Sextum, quæ continetur eodẽ Decimo Annalium Tomo, anno Christi uidelicet Octingentesimo octogesimo sexto, editione Romana, pag. 611. 612. 613. quæ hoc habet exordium, aurea inmodò diuina ista sententia ad institutum accommodata: **DEI CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ ECCLESIAE SEMPER PRÆVALET ADVERSUS EOS, QUI ILLI BELLVM CONCITANT,** &c.] Quæ ipsa epistola historica narratione ab eodem Styliano accuratissime recensentur, quæ in causa Photij tempore prædecessorū Romanorum Pontificū transacta essent. Vbi uero in ea uerum est ad legationem Eugenij Episcopi Osiensis, & Pauli Anconitani Antistitis, a Ioanne Octavo Pontifice Constantinopolim ad Ignatium missorū, eodẽ uerbis scribit Paulum & Eugenium Episcopos a Ioanne Papa ad Ignatium Patriarcham missos, ut cum illo de rebus Bulgarorū provincia agerent, sed eundem reperissẽ defunctum, sic dicit: **QUI CUM INVENISSENT, QVOD BEATVS IGNATIVS IAM DE MORTVVS ERAT, PHOTIVS ILLOS MURNERIBVS CORVPTOS DECEPIT.** Hæc Stylianus, qui his omnibus, ut testatur, præsens interfuit, reddita hic tibi literis grandiuisculis, quod sit contra te solemniter lata sententia, quæ uelut ossa piccæ Danielis tuo obstructo ore, ut serpens ille, necesse sit uicibus circumparis. Sic quæ respiscat, quem decepsisti, Dux ipse, &

alij tibi rerum ignaro nimium cito credentes. Cum iam adeo aperte demonstratum sit, S. Ignatium, præcurrente morte, ante Legatorum aduentum omne profus anteuertisse atque vitasse iaculum anathematis, quo tu male suadens, eundem Principem decepisti, deducens ab exemplo longe dispari argumentum a non excommunicato ad excommunicatum. ita tu perperam Principi adulatus, ex eorum plane factus es numero, de quibus Deus ita queritur per ² Oseam: In malitia sua iustificauerunt Regem, & in mendacijs suis Principes.]


20/2. 7.

At vero tibi reo târi facinoris remittit Baronius noxam, tuam exoptans ad Christum conuersionem. Quam si neglexeris, experieris, certo scito, a Deo vindictam, plagis acrioribus afficiendus pro plagio perpetrato: quippe qui tuis scriptis liberum hominem, sanctissimum Patriarcham strictum tenueris, uti mancipium Satanae, ad tui commodi nundinationem vinculis anathematis, in gratiam eorum, quibus tantopere adularis.

Quod vero miraris in fine, te aduersus Baronij Paranesim molli acerbiozem responsionem: ecce ego qui semel cœpi, te excipiam verberonem, non gladio, atque clypeo, sed ut in bello seruili scutica, atque flagellis scriptorum, quorum vel sonitu territus, deligas ante capessere fugam, quam inflictos sæpius verborum ictus iterum experiri. Mitte quamprimum absolueris quod male meditatus es opus: in quo pariter argumento versatum quempiam Venetorum ciuim accepimus. Quod si verum est: iunge tuis quidquid a quouis editum scies, ut vnâ eademq. responsione cunctis satisfaciamus.

F I N I S.

pag. 15. versic. 5. ibi. vsquequo adde. graui corde, ut quid



D V O V O T A

H O C E S T

E X A N I M O V O T O

prolatae sententiae

V N V M

Illustrissimi, ac Reuerendissimi D.

CÆSARIS BARONII

S O R A N I

S. R. E. Cardinalis Bibliothecarij

C O N T R A

Serenissimam Rempublicam Venetam

A L T E R V M

Excellentissimi D. Ioannis Marsilij Neapolitani Theologi,

pro eadem Serenissima Republica.



M. DC. VI.

27 41

Typographus Candido Lectori S.

Circumferuntur vulgo duo vota, vnum Illustrissimi ac Reuerendissimi Cardinalis Baronij contra Serenissimam Rempubicam Venetam; Alterum Excellentissimi D. Ioannis Marsilij Theologi praestantissimi pro ipso Republica, in quibus quantum vterque hinc atq; hinc dicendo & disputando possit, manifesto constat. Quo fructu atq; vtilitate ne plerique studiosi priuentur inopia exemplorum, illa Typis mandanda curauit. Lege igitur, candide Lector, ac perlege quae tibi offero, tam libere tuum poteris de vtroque voto ferre iudicium. Vale.



Illustrissimi Cardinalis.

CAESARIS BARONII

Contra Serenissimam Rempubicam Venetam

V O T V M.

DVPLEX * est Beatissime Pater ministerium Petri * esse le-
pascere, & occidere. Dixit enim * Pascite oues meas, gneur.
audiuitque Petrus e caelo vocem, occide, & manduca. * ipsi Chri-
ca. Pascite oues meas, est curam gerere obsequentium stus;
fidelium Christianorum, mansuetudine, humilitate,
ac puritate oues, & agnos praeseferentes: cum vero non
cum ouibus, & agnis negotium sit, sed cum Leonibus, * praesefer-
& alijs feris animalibus refractarijs & aduersantibus agendum * sit: Pe- rent um.
trus iubetur * eas occidere, obfistere scilicet, pugnare, & expugnare, ne ta- * dele
les sint penitus. Sed quod huiusmodi occiso non esse debeat nisi ex summa cha- * ca
ritate, quod occiditur, praecipitur manducare, nempe per Christianam chari-
tatem intra sua viscera recondere, in seipsum couinare, vt sint simul vnum
& idem in Christo, quod dicebat Apostolus. Cupio vos in visceribus Iesu
Christi. Sic igitur non est occiso ista crudelitas, sed pietas, atque sincera cha-
ritas, cum sic occidendo saluet, quod eo modo viuere sinendo perierat. Est ex-
communicatio, vt Nicolaus Papa docet, non ad occidendum venenum, sed
ad sanandum aptissimum medicamentum; sicut videmus patrem amare
vincula, quibus ligatur a Medico filius phrenesi laborans, sperantem
ijsdem posse curari. Perge igitur Sanctissime Pater, quod coepisti, in quo non

est, qui te redarguere possit nimia festinationis, cum dicat Paulus Apostolus ad Corinthiorum scribens Ecclesiam: In promptu habentes vltis omni inobedientiam, in promptu hoc illi faciendum precipit. Tua vero Sanctitas in his diutius est immorata, scribens sapius, dilationes iteras in hanc vsque dit. At vero, vt verum fatear, exulto spiritu, dicam eum Apostolo, superabundo gaudio, videns in hac mea senectute in Sede Petri sedere alterum Gregorium V I I. siue Alexandrum I I I. hos scilicet praecepsos vindices collapsa penitus ecclesiastica libertatis, ambos ex Senensi Metropoli, vnde Sanctitas Vestra originem ducit, vocatos ad Cathedram Petri: quorum alter expugnauit Henricum Imperatorem peruersissimum; alter mira constantia resistens, Fridericum Imperatorem etiam penitus superauit. Idem tibi certamen ineundum est. Trutina hae in manu tua, dicam cum Isaia. Erige collapsam, protritam, sepultamque Ecclesiasticam libertatem: certa paratur tibi victoria: etenim nobiscum Deus. Nam verbum Christi est: Et Porte inferi non praeualebunt aduersus eam. Potius vt es in Ecclesia successor Petri: & in te promissiones ipsa facta perueniant, & firmentur, de te puta dictum illud Ezechiele: Dedi faciem tuam valentiorum facieb. & frontem tuam duriorum frontibus eorum ecce dedi; posui faciem tuam, vt petram durissimam, quod idem dictum est Hieremia. Posui te in columnam ferream, & murum aeneum. Sieque memor esto te in Ecclesia positum esse Petram, in qua omnes, qui te offendent, confringentur, tu vero semper permanebis illasus coniunctus Christo, qui pro te pugnabit, & vincet.

* Ruina
hzc manu
tua.
* Positus es
* vt
* ipse
a Ezeeb. 3
* dele, te



Sequitur Marfili Tractatus mendis simul Latinitatis & orthographiae pudendum in modum foedus, quem ad prototypum ipse ea diligentia & fide exprimiendum curauimus, vt & Lector Marfilianam insulitatem agnoscat, & Marfilius ne apicem quidem (quod est in proverbio) subtraham aut immutatum conqueri possit.

29 42

EXCELLENTISSIMI D.
IOANNIS MARSILII
THEOLOGI NEAPOLITANI
PRO SERENISSIMA REPVBLICA VENETA,
DE ILLUSTRISSIMI CARDINALIS
CAESARIS BARONII
V O T O.

ALIVD VOTVM.



*Q*uod ad me missi Votum antea legeram, atque, ut ingenue fatear, cuiusnam fuisset suspicari vix potui, agnoscebam stylym, sed ex ipso non audebam pandere nomen auctoris. Verum cum illud ab Illustrissimo Cardinali Baronio nuncupatum, atque prolatum fuisse serio & constanter confirmatum sit, suspicionem in summam admirationem conuersti, quod vir dignitate clarissimus, opinione celeberrimus, eruditione praestans ipsum conceperit, ac parenatico illo declararit, quod vix alius ausus esset, qui non fuisset tanta auctoritatis. Atque eo magis mea adaugetur admiratio, quod eius consilijs, ac votis vidcam illa incendia non timeri, cuius putassem abortationibus atque auctoritate, si ab quouis alio successa fuissent, ilico potuisse ac debuisse restringui. Quid dicami nescio, Horreo, atque obstupesco. Non tamen permittam licet mens parumper barcat, ut calamus retardetur. Quod eo libentius efficiam, quia non solum arbitror hoc me vobis rem gratam, sed multo magis Christiana Reipublica vniuersa utilem esse facturum, atque ut inde exordiar, vnde Cardinalis ipse sui voti sumit initium.

Duplex, inquit, est Beatissime Pater ministerium Petri, Pascere, & Occidere.

In ipso vestibulo non parum offendo. Petri officium est pascere, non inficior, at quomodo sit occidere quis intelligat? cui dictum aliquando fuit conuertere gladium tuum in vaginam, quia zelo, sed non secundum scientiam illum eduxerat ut, ait S. Augustinus de Agone Christiano cap. 29. & S. Io. Chryf. in Math. Quis deinde in animum inducat tuum, quo pacto duo illa ministeria copulentur: fouent Pastores ouilia, Lupi iugulant: Pastores custodiunt, Lupi perdunt: Pastores pascunt, Lupi occidunt, ipse tamen, Homo Pacis, Pastoris esse duplex ministerium pronuntiat? Pascere, & Occidere. Auditur a Petro Io. vlt. trinum amoris testimonium, & trina negationi redditur trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, quam timori, deinde a Christo Domino dicitur, Pasc oves meas, nec sine magno Sacramento atque ministerio ter de Amore, & Caritate in sum Christum interposat.

cui amoris & caritatis, non discordia ministerium demandabat. Sed iam Sanctissimos Patres locum illum explicantes audiamus.

Glossa. ¶ Ter dictum est Pafce, ad significandum, quod habentes curam animarum debent subditos pascere pascu verbi Dei, & boni exempli, & prout possunt, etiam subsidio temporali. Sed illud, quod hic dicitur pascere, aliqui mali mutant in tonde, quia multum student circa subditos exactiones temporalium exercere, & de pascu dicto triplici non curare.

S. Io. Chrysof. Homil. 8. perpende verba, pascere agnos meos, id est fideles meos, non tuos, non ut rem tuam, sed ut meam tracta, propterea peius an me amares, quia rem meam tibi commendare volui, & a te tanquam meam tractari, quem amore erga me profiteris, erga illos exerce, ipsi quoque exhibe, pascere autem non te, sicut illi faciebant Pastores, de quibus dicitur Ezechielis 34. ve Pastores Israel, qui seipsos pasciebant. Ille se ipsum pascere dicitur, qui propriam utilitatem, gloriam & commodum, non ipsorum fidelium, quos gubernat, non Dei gloriam ex regimine querit.

S. Augustinus tract. 132. in Io. Qui hoc animo pascunt oves, ut suas velint esse, non Christi, & conuincuntur amare, non Christum, vel gloriantur, vel dominantur, vel acquiritur cupiditate, non obediendi, non subueniendi, non Deo placendi caritate, contra hos igitur vigilat toties inculcata, vox Christi, quos Apostolus gemit, sua querere, non qua Iesu Christi.

Et rursum. Sicut oves meas pascere, non sicut tuas, gloriam meam in eis quare, non tuam, lucra mea, non tua; Hoc idem docuit ipsemet Petrus prima Epist. cap. 5. Pascite inquit, qui in vobis est gregem, non coacte, sed spontaneos, neque turpis lucri gratia, sed voluntaris, neque dominantes in Cirris, sed forma facti gregis ex animo. Alios praececo, qui quoniam omnes eodem spiritu Dei afflati in eandem explicationem conveniunt, nihil attinet plura congerere, satis fuerit ante oculos posuisse, qua sit Christiani forma Pastoris, non solum a Christo Domino adumbrata, sed etiam a Sanctiss. Doctoribus optimis coloribus, ac lineamentis expressa, quam quomodo ibi praesferant, qui quotidie pro rebus temporalibus bella succendunt, qui sua lucra, suum commodum, suam gloriam querunt, haud intelligo. Tam ita pergit.

1. Cum vero non cum ouibus, & agnis negotium sit, sed cum leonibus & alijs animalibus refractarijs & aduersarijs agendum sit, Petrus iubetur eas occidere, obfistere scilicet pugnare & expugnare, ne tales sint panitus.

2. Ut autem hac occisionem esse Excommunicationem putet, non solum adducitur scriptura loco Acherum, 10. Vbi dictum est Petro macta, & manduca. verum etiam verbis Nicolai V. Pontificis Maximi, qui excommunicationem dicit non esse ad occidendum venenum, sed ad sanandum aptissimum medicamentum.

Præclare, & nimis ingeniose, verum videamus num ad suam rem atque propositum: Voluit Deus per Angelum Petro ostendere non solum circumcisos esse baptizandos, ut male ipse sibi persuaserat, sed etiam qui erant ex praeputio & Gentiles, ex quibus erat Cornelius Centurio. Ut ergo illum ab errore remoueret, eumque mirabiliter ad baptizandum Cornelium adduceret, si non existim, siue extasim ostendit discum plenum omnibus anima.

libus, in quo illa, qua erant Hebraeis ad sacrificandum, & vescendum permissa, ac vetita visebantur, atq; ei dictum est *Maëta*, quod vocabulum est proprium sacrificiorum, quare alij vertunt *immola* & *manduca*, quanquã non n. 20, ab S. Augustino, & alijs sic legi, occide, & manduca, id est Gentiles, per Baptismum, ad Ecclesie corpus adiunge. Quae interpretatio non solum cum Historia, cum verbis Petri consonat, sed est unanimis consensus SS. Patrum.

S. Augustinus concione secunda, in pag. 30. quos Dn. Iueramur, manducat Ecclesia, cuius personã gerebat Petrus quãdo de Cælo ei submissus est *Lintheus* plenus omnibus animalibus, in quibus gentes figurabantur, præfigurabat Dominus Ecclesiã, quod omnes gentes erat, scilicet per baptismum transuoratura, & in corpus suum conuersura, & ait Petro occide, & manduca. Occide quod sunt, & sic quod es.

S. Ambrosius in Epist. ad Vercellens. Ecclesiam tom. 3. l. 10. Quid sibi vult scriptura, qua docent ieiunasse Petrum, & ieiunanti atq; ornati de baptizandi Gentibus reuelatum esse mysterium, nisi ut ostendat ipsos Santos cum ieiunant, tunc fieri præstantiores.

S. Hieron. in Tbrenos Hierem. cap. 3. Petro ostentis in figura Gentibus dictum est, *maëta*, & *manduca*, id est vetustatem earum scilicet per baptismum contere, & in corpus Ecclesie ac sua membra conuerte.

S. Gregorius 30. moral. cap. 7. vel 11. Petro esurienti, sed iam valenti essensa per Lintheum gentilitate, quasi monstrata præda, dicitur *maëta* scilicet per Baptismum, & *manduca*.

Venerabilis Beda: Animalia illa Gentes sunt in erroribus immunde, sed trina submissione id est mysterio Trinitatis in baptismo mundata, qua relicta Homini imagine, Bestiarum, & Serpentium figuras sumferunt. Hæc Patres, atque adeo omnes sacra scripturae interpretes. Imo vero Cardinalis ipse mea est sententia optimus defensor oppugnator suæ, qui explians visionem Petri tom. 1. Annalium Anno 41. nu. 6. sic inquit. Quid autem sibi voluerit cælitus ostensa viso plane exitus declarauit, ita ut humana interpretatione non videatur indigere, nimirum eo mysterio Ecclesiam ex Gentibus colligendam esse significatum, quo loco per agnos dicit intelligendas gentes, qua post oues, id est Iudeos conuersæ sunt, quorum etiam baptismus commissus fuit Petro, cum ei dictum fuit pasce agnos, pasce oues, ipse autem erat Petra, qua debebat duos parietes coniungere Iudeorum, & Gentilium quo etiam loco citat Ambrosium, Augustinum, Cyrillum Alexandrinum, Gregorium, atq; omnes Patres concludit in hæc fuisse sententia, ut locum occide, & manduca, de baptismo gentium interpretarentur, ubi ne verbum quidem de excommunicatione. Postea vero sui oblitus hunc ipsum locum siue in suam rem adducendo, siue interpretando, quod pace tanti viri dictum sit, nihil mihi satisfacit. Primo quia nouam & penitus singularem interpretationem fabricatur, quod in Sacrosanctis Concilijs serio prohibetur.

Proferam verba Tridentini Sess. 4. c. 2. Decernit Sancta Synodus, ut nemo sua prudentia innixus, in rebus fidei, & morum, ad edificationem Doctrina Christiana pertinentium sacram scripturam ad suos sensus con-

torquens contra eum sensum quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum Sanctarum; aut etiam contra unanimum consensum Patrum ipsam scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi eiusmodi interpretationes nullo unquam tempore edenda forent; qui contrauerint per ordinarios declarentur, & pœnis a iure statutis puniantur. At Illustrissimus Cardinalis locum, qui est de baptismo, interpretatur de Excommunicatione, quod quantum sit a verosimili, ratione, ne dicam ab omnibus Sanctissimis Patribus alienum, facile percipi potest. Baptismus nullo modo Christianos, sed Paganos Gentiles, Hebraeos, atque illos, qui Christiani non sunt, mundat, ac lauat: Excommunicatio nullo modo in Gentiles, aut Paganos, aut Hebraeos ferri potest, sed tantum in Christianos grauissime peccantes, & in peccatis obstinatos, dum tamen speratur emendatio, quia est quadam fraterna correctio. Sed audio ipsum interrogantem, cum dictum sit Petro macula, & manduca, quia nimirum Petrus ad baptizandum Cornelium Gentilem vocabatur, vel ut ait, S. Gregor. 18. moral. cap. 20. vel 22. quia Petrus est os Leana id est Ecclesia, qua collectione Gentium dedita, nequaquam se ad illum Iudea Populum occupauit. Licet hic mihi exclamando admirari, tanta ne fuit eruditissimo Cardinali locorum sacre scripture ad suam confirmandam, sententiam mendicitas, ut nullum, nisi hinc inuenerit, contra unanimum consensum Patrum, & ut eum Concilio loquar, ad suum ipsius sensum plane contortum; ut, vel ex hoc, pateat sententia ipsius imbecillitas atque infirmitas. Adiungit præterea.

Leones, & animalia refractaria occidenda esse, id est, excommunicanda. Cur Leonem tantum meminerit vix intelligo, nam sunt animalia magis fera, & refractaria, rapaces nimirum volucres, Tygres, venenata serpentes; de Leonibus, nihil tale reperio, nisi forte, quod eorum proprium sit, quod fuit etiam Romanorum. Parcere subiectis, & debellare superbos. Veniamus nunc ad probationem, qua nihilominus, venia tanti viri dictum sit, ruit, atque ratio, qua in ipsa fundatur,

Excommunicatio, inquit, est occisio, quia Nicolaus V. dicit esse, non occidendum venenum, non percipio illationem, nisi fallor, contrarium inferatur. Nicolaus dicit excommunicationem non esse ad occidendū venenum. Ergo excommunicatio non est occisio, quod si ita est, quomodo dictum est Petro, occide, & manduca, id est Excommunicationem insurge? Ad Hæc. Perge igitur, inquit, Beatissime Pater, quod cepisti, in quo non est qui te arguere possit nimie festinationis.

Vt vero hanc, quam ipse conflat rationem magis accendat atque inflammet, locum Pauli refert, qui scribens ad Corinthiorum Ecclesiam. In promptu, inquit, habentes vlcisci omnem inobedientiam: Ad extremum concludit se splritu exsultare quod videat in sua senectute sedere in Sede Petri alterum Gregorium septimum, atq; Alexandrum tertium, ambos ex Senensibus Metropoli, vnde Summus Pontifex Paulus originem ducit.

Pateor illos Pontifices fuisse vnum Senensem, alterum ex Metropoli, sed hæc commemoratio causam potius infirmat, quam roborat. Neque video cur ei sit propterea exsultandum cum sit potius displicendum ipsum tamdiu

vixisse, ut ei in mentem venerit tempora illorum Pontificum plane miserrima, & calamitosissima exoptare. Verum ad rem proprius atcedamus. Concilium Tridentinum Sess. 25. ca. 2. de excommunicatione loquens audiamus.

Quamuis excommunicationis gladius neruis sit Ecclesiastica disciplina, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen, magna; circumspeditione experientia docet, si temere, aut leuibus ex rebz inuentiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutē. Idcirco sessione eadem cap. 20. Principes, Reges, Respublicas, Imperatorem tantum admonet, sine strepitu, sine minis, sine fulminibus, ut Ecclesiastici iuris protectores esse velint, ne qui illud impediant; Vide quam moderare, quanto eum bonore cum Principibz agat, quos non excommunicatione ferit, quibus excommunicationem non minatur, sed tantum admonet ut venerentur Ecclesiasticū ius, ut illud impediens tamquam protectores coereant Cardinalis vero sine ulla causa Pontificem animat, ut Religiosissimam Rempubicam, Christiana Religionis Propugnaculum, Catholica ac Romana sedis Basin, atq; firmitermentum excommunicatione percutiati. Atque hortatur, ut spatio sex mensium ad arma Excommunicationis in Principē inferenda peruolet, a quibus tres Summi Pontifices, Paulus, Iulius, & Pius Concilium vniuersum post 18. annorum discussionem, verbis, atque exemplo abstinentum esse significauerunt. Si haec non fuit festinatio, quae tandem illa erit? Illud etiam me non parū commouet, quod ad eiusmodi festinationem excusandam Paulum citat, apud quem est. In promptu habentes uleisei omnem inobedientiam. Quid est in promptu habere, nisi potestatem habere? Cardinalis vero actum, ac potestatem confundit, ac potestatem habere non est statim ad actum deuenire; etiam Principes seculares potestatem gladij in promptu habent, non tamen ex eo fit ut sine causa illa utantur. Sed non patiar quatenus ex hoc Pauli loco, qui allatus est, tam cito emergere. Attendamus itaque Paulum ad ipsos Corinthios scribentem; Praedico bis, qui peccauerunt, quoniam si venero iterum non parcam, absens dico, ne praesens durius agam, secundum potestatem, quae data est mihi a Domino in adificationem, non in destructionem. Hic est Paulus quem Cardinalis citat. Et primo quidem ei erat negotium cum peccantibus maximo peccato, hoc est infidelitatis. Deinde ait, se nihil in absentia acturum. Postremo affirmat se usurum potestate non ad destructionē, sed ad adificationē. Si Paulū Apostolū Paulus Pontifex in his omnibus imitatus fuisset, eerte a nemine argui festinationis posset. At quodnam tandem est peccatum eorum, in quorum occisionem, id est, excommunicationem Cardinalis Pontificem exacuit omnino nullum: libertatem, quae haecenus vsi sunt in suo dominatu, Ecclesiastici Concilij Tridentini monitis parentes, tanquam protectores custodiunt, quam nunquā habuerunt, quamq; eos habere neq; aequum est, neq; condeit ipsi Reipublica non vsurpant; Atqui nulli tenent immunitatem esse de iure Diuino nihil mea interest. Nam multi etiam tenent, & quidem firmitioribus rationibus esse de iure humano, quorum Catholicam Opinionem quia sequitur Christianissima Reipublica excommunicatur? certe qui hoc facit, potestatem non exercit in illos qui peccauerunt, sed in illos qui peccatum nullum habent. Deinde Paulus Pontifex absens molitus est spicula, hoc est falsis quorundam suggestionibus ac relationibus inductus, quod si praesens, & coram Religionem singularem, Pietate insignem Serenissima Reipublica vidisset, causas ponderasset Iulianae irutina, quam

in eius manu Cardinalis collocat, nunquam in tam impeditum Labyrinthum ipso eodem fortasse Duce, se immisisset. Denique ad quam edificacionē Ecclesie, usus sit potestate, non facile intueor. Vniuersus orbis terrarum, xeritate iam perspecta, metuit ne ex his subitis motibus Summa quadam Destructio existat, cum tamen nemo sit, qui vel longissime perspiciat ullam adificationem. Ad hac Paulus minatus est Populo illi, quia agebatur de toto asse, hoc est de fide, nec tamen post tonitrua intorsit fulmina, ac nunc, pro leuissima suspitione, & omnino sine vlla causa prius, et ita dicam, iacta sunt fulmina, quam vise sint coruscationes, aut sint audita tonitrua. Certe ex ore alicuius spiritus procellarum. Sane utendum fuit non subita seueritate, qua nihil prodest, sed suauitate, qua neuimus etiam refractaria animalia, ut ipsius verbis utar, sepiissime cicuriri. Huius suauitatis meminit Concilium Tridentinum Sess. vltima in fine ubi ait se confidere si aliqua difficultates de nouo in prouincijs circa obseruationē Concilij oboriantur, Summum Pōtificem curaturum, et vel hominibus ad illas superandas ex prouincijs conuocatis, vel etiā generali Concilio, vel alio meliore modo prouinciarum necessitatibus, pro Dei Gloria, & Ecclesie tranquillitate consulatur. Veniamus tandem ad Gregorium 7. & Alexandrum 3. exspectabam ut Cardinalis locum proxime citatum ex Concilio, Pontifici proposuisset, aut eorum Pontificum exempla imitanda, quorum fuit in tractandis negotijs summa dexteritas, qui pacifice, & feliciter Christianam Rempublicam tanquam Christi Vicarij gubernarunt. Quis credat? Gregorij, & Alexandri cupit renouari calamitates, vulnera refricari; Tadet me illorū Pōtificum Historias recensere, legant que dicam in vitis ipsorum, ac precipue in Platina. Omitto, aliā fuisse causam Henrici & Friderici, qui Simoniaci, ne quid peius dicam habiti sunt: aliam esse causam Serenissime Republice Veneta, qua si unquam Catholica fuit, et reuera semper fuit a suo exortu, nunc precipue est religiosa ac pia, tantū quero quid consecutus est Gregorius post tot tumultus, qui ex eius in Henricū Anathemate excitati sunt? post tot schismata in Romanam Ecclesiam; post tot excidia, quibus Italia vniuersa interijt? Ipse tandē cū Guiscardo Calabria Duce quem amicū habuit, ac protectorē, qui nibilo erat melior, quam Hēricus, imo fortasse peior ab Urbe Roma, quam Guiscardi milites populati fuerāt, cuius templa profanauerant, Salernū concessit, vbi exsul, ac profugus macie, ac dolore confectus tandem interijt. At Henricus filius cū Paschali 2. in gratiam rediens, non solum ab Anathemate se absolui non est passus, sed omnia qua Imperator fecerat, rata habuit, tandem splendidissime coronatur. Dicat queso Cardinalis quis vicit? Gregorius? an Henricus? sicine vindicatur libertas Ecclesiastica? si hoc est vincere, quid erit perdere? si immunitas sic restituitur, quomodo labefactatur?

De Alexandro 3. quid commorem? tandem aliquando Roma pulsus Venetias appulit, vbi ne priuatam vitam ageret Venetum Religio non permisit. Illi agnito omnia Summi Pontificis ornamenta publicis impensis addita atque restituta, deinde agi coeptum est de pace Italia restituenda quam illi Alexander suis excommunicationib. a lemerat, deniq; perfecta res est Ducis Venetiarum n. celeberrima Victoria, qua Imperatorem Fridericum ad osculandos Pontifici pedes adegit, atq; ad tollendas discordias. Quis vicit Alexander, an Dux Venetiarum Sebastianus Zianus? Nihil est tunc Alexandro de Ecclesiastica

libertate restitutum: pedum oscula, quae Fridericus ei ante dissidia non negauerat tantum extorsit. Si hoc tantum consecutus est Pontifex Paulus, Cardinali Baronio hortatore, atq; duce, quod Gregorius & Alexander consecuti sunt, quid attinet tanta spargere semina perturbationum tanta incendia praeparare?

Hoc est meum votum, ut ab ipso Cardinali admoneretur, ut illorum Pontificum exemplis ab incepto se remoueat, & quod ipsius hortatu nimia festinatione commisit, quam citissime detestetur, corrigat, & emendat. Hoc si fecerit non dubitum est, quin ei daturus sit Deus faciem duriozem faciebus, & frontem duriozem frontibus infidelium, de quibus Propheta loquitur, nimirum quia erit murus aeneus, & Columna ferrea fundata etiam in armis atq; praesidijs, Christianissimi Principis Venetiarum.

Tandem, ut hoc meum votum, non meo, sed ipsiusmet Cardinalis Baronij signo communiam, quo maior illi ab omnibus adhibeatur fides, velini memoria repetas, qua in tomo X. Annalium anno 878. partim ab ipso narrata, partim ex propria sententia pronuntiat a leguntur. S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus Ioanne VIII. Summo Pontifice, post trinum monitorium, Mense Aprilis, censuris percussus, suspensus, & Patriarchatus, ac Summi Sacerdotij dignitate priuatus fuit, nisi suos Episcopos, & Sacerdotes a regione Bulgarorum intra triginta dies renocasset, quamquam diceret, ad suam iurisdictionem pertinere illam Prouinciam: tandem mortuus est in hac sua opinione, neq; unquam Pontificis sententiam obseruauit; post mortem vero tot miraculis claruit, ut sit in sanctorum numerum relatus, eiusq; dies festus, celebretur tam a Graecis, quam Romana Ecclesia die 23. Octobris, qua mortuus est: huius Sanctissimi viri factum sic Cardinalis excusat.

De ipsius S. Ignatij obitu, ex eodem auctore Niceta aeturi, .1. ille amouens est scrupulus, quo offendi quisq; facile poterit, qui audierit superius recitatae Ioannis Papae Epistolam, qua nimirum ipsum Ignatium nimis perstringit, & a communione catholica segregat, nisi intra triginta dierum spacium, reuocet ab se ordinatos Episcopos Bulgariae: quamuis, autem ab Ignatio ista mimente impleta inueniantur, constat tamen eundem semper usq; ad obitum in Catholica Romana Ecclesia comunione fuisse retentum, quod eiusdem Ioan. Epistola ad diuersos, data post Ignatij obitum docent, ut iam de his nulla penitus dubitatio oriri possit.

Vt autem probet fieri potuisse, ut post elapsu tempus Monitorij cum in sua sententia tam Ignatius perseueraret, censuras non incurreret, confitetur eum non occidisse, neq; quia tempus non fuit elapsu ait non incurrisse, sed hac adhibet excusationem.

Neque est quod quis ob litet hanc Ignatij fuisse animo in Apostolica Sede in fensio existimet, vel ingrato, cum quae iuris essent suae Ecclesiae defendere iuramento teneretur obstrictus, etiam aeterna vitae dispensatio. Non enim aliena retinere, se sua possidere, ex possessione praedecessorum ipse iustum putauit, cui, haud dubium, spote cessisset, si id facere sibi licuisse credidisset. Probatur vas igne erat, excoctumq; fornace omni rubigine carere. Haec Cardinalis: Hadrianus Pontifex, & Ioannis, Ignatij, quod temerario calcaneo sua iurisdictione occupasset, atq; adeo surripisset, monet, & censuris ferit: Cardinalis Baronius in censuras eum non incurrisset, quod non aliena retineret, sed sua ex praedecessorum possessione possidisset. An non hac est causa Sereniss. Principis Venetiarum, & multo iustior, nam tunc de Ecclesiastica iurisdictione inter summos Pontifices, & Ignatij decertatum est, inter caput, & membrum, erat enim tunc illa duo ecclesiae unica, Latina, & Graeca.

Hic agitur de iurisdictione Principis secularis, quam ipse Princeps obstrictus iuramento tenetur omnibus modis defendere. Quod si Cardinalis ob hanc causam negat Ignatium censuram iam illatam incurrisse, cur hortatur Summū Pontificem Paulum, ut eandem ob causam Serenissimam Rempublicam Anathemate feriati oportet Iudicis semper sui similes esse & pro veritate constantissime depugnare sed te interrogantem audio, quam censuram Ioannes Papa Ignatium illigat in Epistola excommunicatione, nisi fallor: nam eum priuat corpore, & sanguine Domini, id est communione fidelium illius Ecclesie; excommunicare autem est communione priuare; deinde ait Ioannes, Episcopus ab Ignatio missos iam esse excommunicatos, quod nimirum in alienam messem irruperant. Ignatium igitur etiam excommunicauit, quod eos non reuocauit. Ioanes etiam IX. Pontifex ait, Ignatium ab Ioanne VIII. propter hæc causam anathemate fuisse percussum, ut testatur idem Baronius anno 880. n. 11. & 12. Postremo Cardinalis ipse fatetur, a Ioanne fuisse Ignatium a Catholice communione segregatum, quod quid est aliud, quam excommunicatum ab eo fuisse? Verum si quis contenderet eum suspensum, non excommunicatum fuisse, quod falsum est, tamen 1. dicendum est id esse contra verba monitorij, nā ait corpore, & sanguine Domini priuatus esto, si esset suspensio dixisset ministerio corporis, & sanguinis Domini priuatus esto, non corpore & sanguine Domini. 2. nostram rationem eundem habere vigorem, nam ipse censuram, atq; adeo Summi Pontificis sententiam non seruauit, quia sine dubio nullam putauit, propter eam, quam Cardinalis assert rationem, quia sua possidere, ex possessione prædecessorum ipse iustum putauit. Neq; est quod quis putet hanc sententiam fuisse excommunicationem minorem, nam excommunicatio minor est ex leuissima causa, & non infligitur directe, & ab homine, sed consequenter, & a iure: at causa Ignatij erat grauissima, ut patet ex verbis Epist. Ioanis Papa, & infligitur ab homine cum alijs summis pœnis. Iam vero sic possunt qua Cardinalis dicit, quamuis pugnantia videantur, apte congruere, eum a Communione Catholica fuisse a Pontifice segregatum, & tamen in Communione Romana Ecclesia, post obitum cum miraculis claruit, a Pontifice fuisse retentum; segregatus quidem per sententiam fuit, sed nihilominus fuit retentus, quia nulla fuit ipsa sententia, quam propterea non seruauit, quia suā iurisdictionē putauit, non sine magno peccato occupanti posse derelinquere. Quare Illustrijs Cardinalis nouum non erit, si ex ipsius sententia Serenissima Respub. putet, se in Catholica Ecclesia communionem retinere, cum tamen censuras, a Summo Pontifice Paulo, tanquā nullas, non obseruet, id enim efficit, ut sua, ex possessione prædecessorum possideat, cui est iuramento obstricta, nec potest aliter facere, aut permittere sine aterna vite dispendio. Ex his facile, non solum ipsi Cardinali, sed omnibus constare poterit, quam fuerit eius votum, non solum a ratione, verum etiam ab ipsiusmet voto alias in suis annalibus declarato, alienum.

Hæc habui, qua de hoc voto in promptu dicerem. Quod esse ipsius Dn. Cardinalis nemo est, qui dubitet, tum ipsius confessione, cum alijs firmissimis argumentis, cui non dissimilis est nunc primū, Typis mandata Parenensis ad Rempubl. Venetam, que quoniam nihilominus est aculeata, atq; adeo acrioribus stimulis obarmata, mihi quoq; Deo bene iuuante Clypeus fabricandus erit, quo illa non solum recidant, ac retundantur, sed quoad eius fieri poterit, in suum

A T A R S

The first part of the manuscript is a list of names and titles, including the names of the authors and the titles of the works. The names are written in a cursive hand, and the titles are written in a larger, more formal hand. The list is organized into columns, with the names of the authors in the first column and the titles of the works in the second column.

The second part of the manuscript is a list of names and titles, including the names of the authors and the titles of the works. The names are written in a cursive hand, and the titles are written in a larger, more formal hand. The list is organized into columns, with the names of the authors in the first column and the titles of the works in the second column.

The third part of the manuscript is a list of names and titles, including the names of the authors and the titles of the works. The names are written in a cursive hand, and the titles are written in a larger, more formal hand. The list is organized into columns, with the names of the authors in the first column and the titles of the works in the second column.

The fourth part of the manuscript is a list of names and titles, including the names of the authors and the titles of the works. The names are written in a cursive hand, and the titles are written in a larger, more formal hand. The list is organized into columns, with the names of the authors in the first column and the titles of the works in the second column.

The fifth part of the manuscript is a list of names and titles, including the names of the authors and the titles of the works. The names are written in a cursive hand, and the titles are written in a larger, more formal hand. The list is organized into columns, with the names of the authors in the first column and the titles of the works in the second column.



E R R A T A

Ex I. Disputatione

Pag. 6. lin. 7. hæc alia quædam eius. pag. 16. lin. 2. dependet dependeat pag. 21. lin. 3. censet censent pag. 21. lin. 22. Ecclesias Ecclesię pag. 30. lin. 2. contineat contineant pag. 32. lin. vlt. uos ptios pag. 60. 15. ex debito, ex debito humilitatis pag. 62. lin. 5. vt fecerint fecisse pag. 77. lin. 4. custodeenti iustodiētū.

Ex II. Disputatione

Pag. 3. lin. 11. & hunc, & illos, & hunc obiurgatione, & illos gladio, & occisione pag. 8. lin. 6. nigra nigro pag. 10. lin. 22. erunt serunt pag. 12. lin. 10. scri uens scribit pag. 24. lin. 20. peditum pꝛeditus pag. 59. lin. 16. laicos seculari pag. 63. lin. 15. 1. pag. 72. li. 23. super quos super quo pag. 76. li. 14. ceteri pos sūt ceteris licet. pag. 84. li. 17. cōcionare cōcionari pag. 87. li. 8. exumāda exhū manda pag. 88. lin. 27. existens existenti pag. 92. lin. 15. personaliter, persona liter interditi pag. 105. lin. 10. quodtūmq; quæcūmq; pag. 107. lin. 23. esse quu execu pag. 109. lin. 4. Federicum Friderichum pag. 110. lin. 8. Tuo Tuonem pag. 113. lin. 2. D. Thom. D. Thom. 1. 2. pag. 118. lin. 11. intereat intereāt pag. 127. lin. 22. decimononum decimūnonum pag. 135. lin. 13. enim, enim non pag. 136. lin. 24. u vt pag. 137. lin. 19. dist. disp. pag. 143. lin. 5. ingrauior ignauior pag. 147. lin. 20. offenderetur offūderetur pag. 147. lin. 26. buam quam. pag. 163. lin. 17. offerretur offerr. tur pag. 163. lin. 18. charitati cha ritalis pag. 165. lin. 15. esse sunt pag. 168. lin. 8. Catholici Catholici pag. 175. lin. 16. Iudei Iudgi pag. 179. lin. 26. succipiendum suscipiendūm pag. 180. lin. 14. rei vel pag. 181. lin. 6. quod sicut sicut pag. 184. lin. 1. pertetigit pertigit pag. 186. lin. 7. autorite auctoritate pag. 191. lin. 7. Victor Victore pag. 192. lin. 15. santificat sanctificat pag. 200. lin. 3. sui summi pag. 200. lin. 19. au thoritate auctoritate.